Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Constantia Urbs germanie non admodum magna / sed opulenta atque formosa / Eius propter
menia : rhenus lacu emergens / rursus in alveum redit . Pons in eo est qui ab ipsius urbis
porta ad germanos pertinet : Ultraque pontem crebra edificia sunt circa alteram fluvii ripam / Lacus
autem omnium amenissimus est : Multaque castella et vicos undequaque per ripas habet / Aqua nitida
fundo glareoso ac perspicuo / pisces fert varios quidem et multiplices / Sed pro tanta aquarum mag-
nitudine non admodum copiosos / Viginti milia passuum in longitudine patet : Latitudo alibi x . alibi
ad xv milia passuum extenditur : Rhenus enim Curiensem percurrens agrum dum fines Constantiensium
attingit duos lacus facit / Venetum scilicet et Acronium ut veteres appellabant / Inter quos Constantia sita
Hii nunc a loco et dominiis sortiti nomina / superior Constantiensis / Et a castro et eius loci domino de bodman
lacus bodmer dictus / Inferior ab oppido dicto Cella Rudolfi / Cellacensis denominatur . In infima lacus
superioris parte Constantia . De Constantie vero antiquitate et origine Cives perpauci omnino
ut in aliis urbibus qui vel cui sui nomen et memoriam : nedum urbis tenere videntur . Sed ta-
men diligentius perscrutaturus Tabulam invenies marmoream vetustis literis continentem / Ex
quibus apparet a Constantio Constantini patre / Qui a Diocleciano et Maximiano Cesar dictus
est / hanc urbem nomen cepisse / Cum prius Vitudura nuncuparetur / hanc tabulam perpauci
Constantiensium legere sciunt / Tenetque vulgus opinio esse sanctuarium quoddam precipue religiosis-
sime mulierculae / et cetera imperita turba / fricandis per eam manibus / et ad faciem refricandis iam
litteras pene totas ex tabula deleverunt / Cum tamen ibi scripta sint / non sanctorum christi : sed per-
secutorum christiane fidei nomina : Mores quoque et instituta civitatis sunt / Singulis annis unus
ex civibus suffragio creatur / Apud quem summa potestas cum imperio sit : hic non publicis edibus :
sed in privata domo sua et consueta habitat : Si quando per urbem incedit / lictores habet virgas
manu ferentes . Cetero autem habitu nihilo a reliquis differt civibus . hic in caput uniuscuiusque
animadvertendi potestatem habet . Si de homicidio : de furto : de rapinis : de veneficio : de adulte-
rio ac de ceteris criminibus agatur . Assunt in Concilio hii / Quos sibi civitas deputavit Rei ip-
si in vinculis adducuntur Ibi et accusatoribus et defensoribus dicendi contra reum et pro reo fa-

· Cosnitz ·